Antiqui etiam dextro uerſuꝫ dicebant horſum:illorſum:deorſum localia ſunt & ſignificāt locum uerſus: ſicut etiam horſum:uerſum:utroq; uerſum. Actutum deriuatū eſt ab actu.ideſt celeritate. Nomina etiam pro aduerbiis:ut torꝰuum clamat p torue.ſicut ēt ī.a.ut crebra ferit pro crebro.

In en pauca:ut en forſan:forſitan.

In er primitiua ut per pro ualde. Deriuatiua uel a participiis:ut prudenter:diligenter:uel a nominibus:ut fortiter:utiliter:audaciter raro. Audacter uero frequenter. Excipitur facile pro faciliter: Difficulter pro difficiliter . Et ab omni omnino. A tribus ter. A quattuor quaſ Nā Obiter compoſitum eſt:ſicut tanti ſper:parumper:pauliſper:Aliter ab alis huius alis pro alius: Memoř pro memoriter:ſicut ſublime pro ſublimiter.

In as denominatiuuꝫ:ut alias:extrema: circūflexa.

In es productam:ut ſodes: hercules:q̄n quies:ſexies:& deinceps uſq; ad mille.

I n is correptã ut nimis satis. Ex quo sati
us pro melius.
I n us correptã ut penitus :cælitus : rur-
sus uel rursum. Diuinitus Vel Diuine
humanitus uel humane. nullus etiam p
minime: sicut fors pro forte. Et compa
ratĩa omnia: ut clarius: prudẽtius otius
I n ens: ut totiens: quotiens: aliquotiens.
I .t. ut sat dumtaxat compositum & for-
sit: sed forte & forsitan: & fortassis & fõ
tasse. dicitur & fors etiam: quæ sũt dubi
tãdi forte pro fortuitu: euentus est.
I n. x. ut uix: mox: pax: quod significat
tantũmodo.
I n. nc. ut hinc.
I n. ps. ut deinceps.
M. Bene Cuius figuræ? D. Simplicis. Est
autem aduerbioruꝫ figura uel simplex
ut diu uel composita: ut interdiu uel
decõposita secũdũ quosdã : ut indocte.
M. Bene cuius significatõnis? D. q̃litatis:
Quia qualitatem significat. Significa-
tio autem aduerbioruꝫ diuersas species
habet.

Sunt enim Temporalia præteriti tantum Temporis: Vt Pridie: Nuper. Alia præsentis: ut nunc præsto. Alia paulo præteriti: ut modo quod etiam pro nũc accipitur & pro dumtaxat. Alia futuri: ut cras: perendie. Alia communia diuẽsorum temporum: Vt olim: dudũ quondam: aliquando. Et omnia composita a quando quod ipsũ quoq; accipit ꝑ aliqñ & pro quoniam.

Alia localia in loco. ut hic illic.

Ad locum: ut huc: illuc. Italiam uersus: Siciliã uersus: q̃ accẽtus ostendit ẽẽ cõposita: sicut dextrorsum: siniſtrorsum.

De loco hinc: illinc.

Per locũ hac: illac.

Alia cõia: ut peregre sũ. peregre trãseo.

Quæda3 pro tẽporalib3 accipiũt: ut ĩde ꝑ deinde. ubi ꝑ postq̃. hic pro tunc.

Alia dehortatiua: Vt ne quod etiam ꝑ ne que accipitur: & pro ut non & pro ualde

Alia negatiua: ut non: haud: nihil.

Alia confirmatiua: ut profecto: quippe: scilicet: uidelicet: quidni: curnon: siceſt

quidiſtic:ꝑ aduerbiis ponuntur affir-
mandi.
Alia iuratiua:ut edepol:caſtŏ:ſic quoq; &
per iurãdi plerunq; ſunt.
Alia optatiua:ut oſi:utinã: & ut ꝑ utinaꝫ
quod etiam ſimilitudinis ẽ.
Alia hortatiua:ut eia:age:agite.
Alia remiſſiua:ut paulatim: ſenſim pede
tentim.
Alia qualitatis:ut bene:male.
Alia quantitatis:ut nimium modicum.
Alia dubitatiua:ut forſan:forſitan.
Alia congregatiua loci & temporis:ut ſi-
mul una.
Alia diſcretiua:ut ſeorſũ:ſeꝑatiꝫ ſecreto.
Alia ſimilitudinis:ut quaſi:ceu. uelut ue-
luti:ut & uti:quod etiam pro coniuncti
one accipitur cauſali.
Alia ordinatĩa:ut deĩde cõtinuo ꝑtinus:
Alia intentiua:ut ualde nimiũ prorſus.
Alia comparatiua:ut magis:minus.
Alia ſuperlatiua:ut maxime:minime.
Alia diminutiua.ut clanculũ:belle.
S unt quæ ex duabus ꝑtibus or̃ois cõſtãt:

ut nullomodo:nullatenus:

S unt quæ ĩ una uoce multas hñt ſignifi-
cationes:ut ubi locale & temporale pro
poſtq̃.

S imiliter:quo:qua:quando:& ĩfinita ſũt
& ĩterogatiua & relatiua.

T andē tēporale aduerbiũ pro coniũctione
ēt ponitur completiua:

O.quoq; aduerbiũ ē uocādi & optandi.

S unt e contrario q̃ ĩ diuerſis uocibus unã
ſignificationē habēt:ut quãdo:olim:du
dum:celeriter.actutum.

DE INTERIECTIONE.

M. Ape quæ pars eſt? D. Interiectio. Quia ĩteriacet aliis ptibꝫ or̃ois. Eſt aũt ſignificatĩa gaudii:ut euax.

D oloris:ut hei.o.ēt &.a.dolētis ĩueniunt

T imoris:ut at at.

Admiratõnis:ut pape.

R iſus:ut.ha.ha.he.

Aliorum quoq; ſonitũ illitteratorñ:ut phi
au & heu.hoe.

S unt igitur quædaꝫ dubia inter aduerbia

& interiectiones: ut. o. interiectõ indignãtis: dolẽtis admirantis: & aduerbiũ optandi & uocandi.

A quoq; præpositõ: ut a me & ĩteriectõ dolẽtis est.

P ro similiter præpositõ: ut pro te: ĩterctõ ut proh dolor.

A liæ quoq; ptes ꝓ interiectõe ponũtur: ut nauibus infandũ amissis.

P ropriæ uõ interiectõnũ uoces primitiẽ sũt: ut pape: euax: hei: heu: hoc & sil'ia.

DE CONIVNCTIONE.

M T Quæ pars est? D. Coniunctio est. Quia cõiũgit aliis ꝑtibus oratõis: q̃bus simul cõsignificat uiz uel ordinẽ demonstrans: Vim q̃ñ simul res aliquas esse significat: ut pius & fortis fuit æneas: Ordinem q̃ñ consequentiã aliquarꝝ rerꝝ demonstrat: ut si uiuit spirat.

M. Quot accidũt coniũctioni? D. Tria: figura. species: uel potestas & ordo.

M. Et cuius figuræ? D. Simplicis: Quia simpliciter ꝑfertur. Est autem duplex

figura: ſimplex: ut ita: Cōpoſita: ut itaq;
M. & cuius ſpetiei? D. Copulatiue. Eſt enī
ſpecies quæ & poteſtas.
M. Quot ſūt ſpecies ſiue poteſtates Con-
iuntionum? D. Quīdecim.
Copulatiua quæ uerba & ſenſum copulat
ut diſertus & ſapiēs fuit Cicero.
Cōtinuatīa q̄ cōtinuatōem & cōſequētiaz
reꝝ ſignificat: ut ſi ſtertit dormit.
Sub continuatīa q̄ cauſā cōtinuatōis oſtē
dit conſequētē cū eſſētia reꝝ: ut qñ am-
bulat mouet: & continuatiuas q̄dem &
ſubcōtinuatiuas & adiunctiuas & effe-
ctiuas inter caſuales ponunt qđ ꝓꝑ has
cauſæ oſtēdunt & continuationis: ut ſi
ambulat mouetur: & adiunctionis: ut
ambulat ut moueat: & effectiōis: ut mo
uetur ambulat enī.
Adiunctiua eſt: quæ uerbis ſubiunctiuis
adiungit: ut ſi uenias faciam.
Effectiua eſt quæ adiunctiua uerbo ſigni-
ficat effectum ꝓcedentem ex cauſa: Vt
doctus ſum nam legi.
Approbatiua quæ approbat rem: ut eq̄dē

merui.

Diſiunctiua quæ q̃uis uerba coniungat ſẽ ſum tam̃ diſiũgit & alteram rẽ eſſe alte rã nõ eſſe ſignificat:ut aut dies eſt:aut nox.

Subdiſiũctĩa q̃ q̃uis uoces hẽat diſiuctĩa rũ tm̃ utrũq; eſſe ſignificat uel ſimul:ut Alexander:ſiue Paris vel diſcrete:ut to ta die legit uel ſcribit.

Diſertĩa uel electĩa ẽ qm̃ diuerſis ꝓpoſitis aliqd ex eis nos eligere oſtẽdiũs: Vt bo nus eſſe uolo q̃ uideri.

Aduerſatiua eſt quæ aduerſum conueniẽ ti ſignificat:ut magis atque magis quã q̃ ſecreta parentis. Anchiſe domus arbo- ribuſque obtecta receſſit Clareſcunt ſo nitus.

Abnegatĩa q̃ oſtẽdit rẽ aliquã poſſe fieri: ſed ob aliquã ĩpediri cãz:ne fiat:ut gau deat Priamus ſi audeat.

Collectiua uel rationalis uel illatiua quæ per illationem colligit ſupradictũ.ideſt ratione confirmat: ut habes igitur qd̃ eſt accuſatori maxime optandum:uel q̃

præpoſitis aliis ĩfertur: vt Cicero ſolus Catilinā domuit. ſolus igitur patriā ſeruauit.

Dubitatiua q̃ dubitatõnem ſignificat: Vt cloquar: an ſileam?

Complectiua quæ ornatus cauſa uel metri nulla ſignificationis neceſſitate ponitur: ut eñiuŏ Daue. inueniũtur tamen uarias habẽtes ĩ una uoce ſignificatões.

Quæ nũc copulatĩa ẽ: ut arma uirũq; cano nũc cõplectiua: ut dixitq; & prælia voce diremit.

Ac ponitur pro et: ut prodeſt ac delectat.

Et pro q̃q̃ quomodo etiam atq;: ut te diligo non ſecus ac filium æque atq; fratrẽ. Sed atq; pro celeriter quoq; accipitur: vt atq; illum ĩ præceps prono rapit alueus amni.

Si ſiue ſin ſeu ↄtinuatĩe ſũt ut ſi ſtẽtit dormit hec ẽt caſualis ẽ ut tua ſi tibi menala curæ.

Vt adiunctiua eſt: Vt ambulat ut mouea tur. Et pro qđ ponitur: ut hoc ut facias iubeo.

Quoniaꝫ ſubcõtinuatĩa ẽ.ut qm̃ ambulat
mouet:& cauſalis:ut qm̃ prodeſt lege.
Rurſus.ſi.cuꝫ.ut.dũ.Quatinus oẽs adiũ
ctĩæ ſũt:ut ſi uenias faciã.& ut ꝓſit tibi
facio & dũ cõderet urbẽ. Et q̃tinus tibi
libenter faciat.& cum:faciam uitula.ex
his tam̃ quædam etiã cauſales:ut exer-
ceo te:ut ſis ſanus.Eris doctus:ſi legas
Eadẽ quoq; approbatiua eſt:ut ſi cõceſ
ſa peto.Siqua eſt cælo pietas.Et tunc in
dicatiuo coniungiť quomõ equidem:q̃
ſemꝑ eſt approbatiua.Nam ſubiunctĩo
coniuncta abnegatiua eſt:ut facereꝫ ſi
poſſem·Hoc aũt diſtãt quod adiunctĩæ
cum dubitatione.Cauſales propriæ cuꝫ
affirmatione proferunť. Illud etiam ſci
endum quod pro cauſalibus & nomina
accipiuntur.Qua gratia:qua cauſa:qua
propter:quamobrem.& pronomina:ut
eo:ideo.
Ne pro ut:non cauſalis eſt:ſed pro neq;
Copulatiua ponitur.ut ne dici quidem
opus eſt.Eſt etiã prohibendi aduerbiũ
ut ne feceris.

V erbū quoq; cū aduerbio ꝑ cōiunctione
Aduersatiua ponitur: ut q̄uis sicut licet
& licebit.
V el. aut. siue. seu. ue disiunctiuæ sunt: qñ
alteram rem esse: alteram nō esse signi
ficant: quæ modo indicatiuæ ponūt: Vt
aut lux est: aut tenebræ. Nunc dubitati
uæ: ut aut prodest: aut nō prodest quæ-
rere diuitias. Eædem subdisiūctiuæ sūt
quādo utrūq; esse significant simul: Vt
ul' oculū excludito. Discretæ: vt tota die
sedet uel ābulat ī diuersis scilicet horis
Hæc tñ cōiunctio uel etiam diminutōe3
aliquādo significat: ut si nō illud ul' hoc
facito.
Quā. Discretiua est uel electiua: ut diues
uolo esse q̄ pauper. Est ēt similitudinis
aduerbiū: ut q̄nique compatū est ꝑ ut
Et intentōnis: ut q̄ maxīe. Duplicatum
uero pro aduersatiua coniunctione po-
nit quāq̄.
T am̄: quāq̄: q̄uis: si: etsi: saltē. Aduersatīe
sūt: s3 ex his saltē ēt diminutīa est.
A t quoq; ꝑ saltē īuenit: ut si non re at uer

bis adiuua.

Ne quoq; in eadem ſignificatõe inueniſ: ut non egit gratias ne dũ referret: etiaʒ abſq; dum: ut ſecundæ res ſapientũ animos fatigant: ne illi corruptis moribus uictoriæ tẽperarent.

Similiter nec & neq;: ut nec punctũ quid' temporis.

Igitur: ergo: itaq; penl'tima acuta: Quin alioquin. ideſt Immo: utiq;: atqui: proin Collectiuæ ſũt uel ratõales: Vt quin occidit una ſarpedon. Atqui ita opus eſt: Proin tona eloquio. Ergo etiam pro cõplectĩa inuenitur: ut mihine? tibi ergo Hæ tam̃ etiã illatiuæ dicuntur: vt ſupra dictum eſt.

Anne correpta: necne dubitatiuæ ſũt frequentiſſimæ & interogatiue. vt pyrrhin connubia ſeruas? Eadem quoque pro cẽte: Vt ne etiam Rex. ideſt certe etiam Rex. Et pro etiam: vt Tãta ne me tenuit uiuendi voluptas? ideſt etiam. & hæc ſola ſcilicet ne apoſtrophen apd' latinos accipit.

Vero:Quidem:autem:quoq;.enin :nam neque:& quecunque ornatus cā ponūt uel metri:Complectiuæ ſunt.ut uerum eninuero is mihi demum viuere & frui aīa videt: Vero adiungit ornatus cauſa Pōt tam̄ eſſe & approbatiua uero p ue- re.Quod ſi dicas: Tu quidē legis.ille ve ro dormit.Complectīa eſt: Sīr ſi dicas Tu quidē legis:ille tam̄ dormit. Tamen erit complectīa.Hæc eadem ſæpiſſime pro complectiua accipit: Vt Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis.Et hic tn̄ hac mecū poteris requieſcere nocte. Similiter quoq;:qn̄ pro & uel etiam po- nitur copulatiua eſt:vt Tu quoq; littori bus noſtris.Quando autem ſuperabū- dat uel pro item accipitur. Complectīa eſt:vt Multa quoq; & bello paſſus.Enin etiam cum ſit cauſalis inuenit comple- ctina:vt Sed enin troiano a ſanguīe du ci.Et approbatiua cum præponitur: Vt eninuero. Sicut etiam nam & comple ctiua eſt.vt nam quis te iuuenum confi dentiſſime.& affirmatiua:ut heu qa nā

tanti cinxerunt æthera nimbi.

M. Et cuius ordis? D. Præpositiui: nisi pœ tice postponatur: ut suspiciens altam lu nam: & sic Voce præcatur. Nam dici debet & suspiciens altam lunam. Sic eti am atq; ut cuȝ me hortaretur parce fru galiter atq; uiuere pro parce atque fru- galiter.

M. Quæ sunt coniunctiones præpositiui ordinis? D. Hæ: ac: at: ast: et atq;: aut: uel nec: neq;: si: quin: quatenus: sin: seu: si- ue: ni: nisi.

M. Quæ subiunctiui? D. Hæ: Que: ue: ne quæ sunt encleticæ: Quidem: quoque: autem: uero. aliæ pene omnes indifferēt præponi & postponi possunt. Quædaȝ uero aliis etiam coniunctionibus præ- ponuntur: ut atque equidem memini: & nam neq; erāt astrorum ignes.

FINIS.

AD PLENIOREM PVERORVM INSTITVTIONEM SPECTARE

VIDETVR: VT CVM GRAM-
MATICAE REGVLIS ME
TRI Q VOQ VE RA-
TIO IVNGATVR
ET EORVM
PRECIPVE
VERSVS
Q VI
DIG
NI
OR

est & usu frequentior. huius igitur scā-
dendi præceptionem & syllabarum tem
pora q̃ breuissime fieri potuit subscri-
psimus.

CLARISSIMI OMNIBONI LEO-
NICENI DE VINCENTIA LIBEL
LVS DE ARTE METRICA.

Es in metro dicit quod pedis
officio fungatur: Metra enim
per pedes quodammodo ince-
dunt. Pedes alii dicuntur legi-
timi. alii uŏ nothi. legitimi pedes metri

cuiuſq; nominantur: ii qui ſunt natura
les in uerſibus. Nothi uero qui per cor-
ruptelam ſolutionis accedunt. Solutio
autem dicitur in metro quotienſcunq;
pro una longa ponimus duas breues.
Igitur heroici uerſus de quo nonnihil
dicere ſtatuimus: pes legitimus eſt ſpon
deus. Accedunt autem Dactilus atque
Trocheus: & trocheus par ſpondeo re-
putatur: quia in fine tantum ponit: ubi
ultima ſemper in differens habetur. Da
ctilus uero quattuor tēpora ſyllabis cō-
plet tribus. Et ſpondeus totidem cōple-
ctitur duabus. Syllaba enī longa duo tē
pora habet. Breuis unū. & tantum duas
proferendo breues temporis conſumit
quantum dum una longa profertur. cū
enī illa curſim: hæc tractim & cum qua
dam mora pronuntietur. Quocirca in
heroico uerſu ſpondeus pes: ut dixi le-
gitimus omnem ſibi uēdicat locum: ſic
etiam Dactilus qui ſpondeum tempori
bus æquat. In quīto tamen loco ſpōdeū
raro. Dactilum frequentiſſime īueniēs

Vt diſcedens clamydemq; auro dedit ī
tertextā. hic enī quītū ſpōdeus locū poſ
ſidet. trocheus: vt dictū ē: nūq; niſi ī ſex
to locat. is enī uerſus heroici poſtremꝰ
ē locus: ubi ultīa ſyllaba fit liberior. Ali
oqn uno foret tēpora minor: Nec tñ p
ſpōdeo. Dactilꝰ tm̄mō ponit: vt. Arma
uirūq; cano troiæ q primus ab oris: verꝫ
ēt Anapeſtus nōnunq̄: vt Fluuioꝫ Rex
eridanus campoſq; p oēs. Aliqñ pceleu-
mathicus: vt Tenuia nec lanæ p cælum
vellera ferri. Aīaduertēdū ē aūt in ſcan
ſiōe. ſyneresin plerūq; fieri ꝑ colliſionē
Sineresis dicit quotiēſcūq; duæ vocales in
unam coguntur ſyllabam: vt hic tamen
Ille vrbem Pataui ſedeſq; locauit. & Dii
quibus impium hoc ſteterat. & ſolio tuꝫ
Iuppiter aureo.
Colliſio aūt fit cū ſola vocalis abiicitur: uꝰ
etiam conſonans cuꝫ ſua uocali ſola vo-
calis abiicitur: ſi dictio præcedens uoca
li terminetur: & ſequnes a vocali incipi
et: vt Carthago Italiam contra. Itidem
fit in his compoſitis aduerbiis. Deinde:

deinceps:dehinc:& proinde:vt Aeneas
quo deinde ruis? Et redde age quæ dein
ceps risisti . & eurum ad se zephirum
que vocat:dehīc talia fatur:Et proinde
tona eloquio . Consonantes uero cum
sua vocali abiicitur:si dictio præcedens
desinat in .m.& sequēs incipiat a uocali
vt Littora multum ille & terris iactatus
& alto.& T er scopuli clamorē īter caua
saxa dedeř:Eadē ratō ē uersus hipmetri
Hipermetrum appellamus uersum q una
syllaba amplior est. Itaque sequens Ver
sus a vocali incipiat:necesse est: Vt pos
sit fieri collisio:seu vocalis excludit sola
vt Ecce furēs aīs aderat thirīthius oēzq
accessū lustrās:seu cōsonās cum sua ex
pellit vocali:ut Aut dulcis musti vulca-
no decoqt humorē:Aut foliis undā.est
ēt ubi.s.abiicit ꝑ sola:ut Ponite spes sibi
qsq suas:uꝑ cū sua uocali:ut Inter se co
isse uiros & discernere ferro.
Illud quoq admonendum uidetur.u.po
situm post.s.uocali sequente in eadem
syllaba uim amittere littere: Vt suadet

enī uesana fames:& Suaue rubens hia cinthus.& Quibus acer eris in prælia ſuetus.

Huic quoq; & cui monoſyllaba ſunt: Vt Huic coniunx Sichæus erat.& Cui pat intactam dederat primiſq; iugarat. Nō nunq̄ ſyllabæ dieresis fit:ut apud Oratium.Nunc mare nunc ſyluæ .Eſt enim Pentimemeris heroica: & ſyluæ triſyllabum eſt.Ouidii quoq; tale eſt.Hæc quoque te ſaluo perſoluenda mihi..Ae quoque diphthongus latina in græcam aiuerſa diuiditur.vt Aulai in medio libabant pocula bacchi.& Diues opuum diues pictai ueſtis & auri:p aulæ & pictæ.

DE SILLABIS.

Ed quoniam pedes ex ſyllabis conſtant.Syllabæ autem uel breues uel longæ uel communes ſunt : quanam ratione queq; ſyllaba dignoſci poſſit breuiť diceūs.Syllaba dicta ē ex græco uocabulo συλλαβησ.i.ex acceptōe lr̄ar̄ Propria enī illa ſyllaba eſt quæ de pluribus conſtat:vt eſt:poſt:ſtirps.Quæ aūt

de una uocali perficitur abuſiue dicitur ſyllaba:vt.e.a. Omnes autem ſyllabæ a vocalibus ſuis ĩcipiũt habere tractatum atq; exordium ſumũt. Conſonantes enĩ quæ ſequntur ipſi ſyllabæ imputantur. Præcedentes autem non ipſi:ſed aut uã cabunt aut ſuperiorem breuẽ iuuabũt vtputa glans. Ab.a. conſiderantes.n.& .s. damus ipſi ſyllabæ. quia ſequntur uo calem. G. uero &.l. nõ ipſi imputamus ſed ſeruamus ad auxiliũ ſuperioris bre uis:ſi forte præcedat:vt iuglandes. Con ſonantes autem non hæ ſolum:quæ in eadem ſyllaba ſunt:ſed etiam in ſequen ti poĩtæ iuuãt præcedẽtẽ uocalẽ:vt arma

DE BREVIBVS SYLLABIS.

Yllabæ breues quattuor modis cõ ſideranidæ ſunt. Primo ut habeant vocalem breuem. deinde ut nõ deſinãt in duas cõſonantes:aut in unam dupli cem aut in unã ideſt inter duas uocales ꝯſtitutã· q̃bẽ quattuõ mõis e cõtrario animaduẽſis deprendiũs lõgas:nã ſi ſit uocalis naturaliter ꝓducta ſyllaba lõga

erit: Vt dos: ſi etiam duæ conſonantes ſecuntur breuem ſimiliter lōga erit: ut ars: aut una duplex: Vt pix: uel ſi inter duas uocales eſt. i. ut troia. Plane diphthongi ſyllabas longas faciunt. Sūt aūt quattuor. æ. ut Aeneas. œ. ut pœma: ſed diuiſa ē: Cōiūcta: vt mœtus: fœdus. Au ut aurum. Eu : Vt eurus: Cæterum ei apd̄ antiquos tm̄mō deprēnditur: ut eitur: & in græcis nominibus diphthongus ē vi: ut αρπυιά.

SED QVONIAM DIFFICILIS ESt deprehenſio circa ſyllabas naturalit̄ breues: aut longas: ſic breuit̄ cōſideremus.

DE PRIMIS SYLLABIS.

Omnis ſyllaba uel primū uel mediuꝫ uel ultimū locū tenet. quæ in primo loco poſita eſt octo deprehendimus mōis Poſitōe: vocali añ alteram uocalē: deriuatione: Compoſitione: Præpoſitione. dipthongo: Regula & exemplo.

Poſitio ubiq; producit ſyllabam. Eſt autē poſitio de qua ſupra diximus cum duæ conſonantes uocalem ſequntur: vl̄ una

duplex:ut dux̂:uel ſi intra duas uocales eſt.i. Tum enī ꝑ duplici cōſonante accipiť:ut Pompeius.

Vocalis ante alteram uocalem in latinis dictionibus ſemper breuiať:ut luo præť q̄ in hoc uerbo fio fis: Vbi produciť.i. niſi poſt.e.ſequatur.r. vt fierē fieri ī q bus breuiať.i.Nā in græcis dictionibus plerunq; producitur:ut aer:dius dia diū Chius chia chiū. Virgilius dia Camilla & tūc ſciat aerias alpes.

Deriuatio poſitiui naturā ſapit:ut amor corripit primam:qa deriuať ab amo:cuius prima ſyllaba corripitur:ſed fallit in pleriſq;:ut humo as:leges: uires:Reges ſedes:uoces:iocundus: ſtaturus:pedor: uomer:ſæculū:nequam:laterna:regula Italia:quæ primam producunt cū a primitiuis eandem corripientibus deriuētur.Littera autem & littus geminarunt .tt.Nam quod nonnulli dicunt oportunum deriuari ab oportet falſum eſt: quos non ſcriptura tantum arguit:Sed etiam ſignificatio Verbi. Eſt Enim

opportunus ille qui eſt oñibus accomo
datus: veluti portus. Non ergo deriuat
ſed componitur ex ob & portus compo
nitur opportunus. Econtrario cõrepta
ſunt alia: quæ a productis deriuantur:
vt dux ducis: ſopor: acerbus: dicax aru-
ſpex: ariſta: vadum: ſtabulum: ſtabilis.
omaſus: arena: lacerna: nota: noto nato
fides: titulus. Et fides non ab eo Venit:
quod eſt fido: ſed quia fiat quod ẽ dictũ
Idcirco nuncupata eſt fides: vt ait Cice
ro. Titulus uero non a titane: vt iſti uo
lunt: ſed a tutando dicitur: vt Varoni
placet: quod & ſcriptura antiquorum p
bat. Tutulus enim in codicib3 ſcribeba
tur antiquis.

Compoſitio demonſtrat accẽtum produ-
ci uel corripi primam ſyllabam ſimpli-
cis: quæ media fit compoſiti: vt amat. Si
componatur cum ad profertur adamat
media correpta: ut clamat: ſi compo-
natur cum in profertur inclamat me-
dia producta. Ita illius quidem Ver-
bi primam breuem huius uero ĩclamat

longam esse deprehendimus. Eadē ratō est compositorū oñium: ut facit inficit parem imparem: ducit inducit. Lotus il lotus. Excipiunt ista quoꝝ prima ī simplicitate producta compositione cōripitur. innuba: pronuba: deiero peiero causidicus: maledicus: cognitus: agnitus: infio & suffio: semisopitus. Ecōtrario ambitus: comitiū mediā ꝓducūt: cū simplicia eoꝝ primā corripiāt.

Præpositio quanta fuerit in apppositione tanta in compositione. Notātur aliquæ Ad. ab. ob. in. & sub: quæ cuꝫ iacio compositæ producuntur q̄uis per se positæ corripiantur: sed ratio compositōis exigit: nt. a. in. i. uertatur. Prima. i. pro cōsonante seruata. & sicut facio officio dicimus. Sic iacio: obiicio dicamus. Sic igitur ratiōabiliter ī reiicio Virgilius produxit re: ut atq; oculos rutulorum reicit aruis. Sic alibi Reiice ne maculis infuscet uellera pullis. Sed tamen argumentatur Seruius longam esse spe qua per Deriuationem in Præterito

longa eſt futura: ut reieci. Deniq; εκτα σιρ factam eſſe dicit. Nam in re ibi cō/ripitur: ut Tityre paſcētes a flumīe reii/ce capellas. Eſt enim procelematicus.

De ubiq; producitur: ut deduco: niſi com ponatur cum dictione incipiēte a uoca li: ut deiſco.

Præ etiam diphthongus correpta efficiť: ſi cum dictione incipiente a uocali cō/ponať: ut prauro præibis.

Di quoq; ubiq; pducitť: niſi ī dirimo & di/ſertus.

Re uero oīibus in locis breuiatur: niſi ī reiicit: ut diximus & Refert cuȝ diſtare ſignificat: aut prodeſſe. Nam in reppu/li: & rettuli: repperi cōſonātes geminať

Pro quidem producitur: ut promere: Sed pleraq; excipiuntur: ut proteruus pcel/la: pronepos: profugus: profanum: pro fundum: propero: profiteor: profeſſus: proficiſcor profecto. in quibus corripi/tur pro. Et ſi componatur cum dictiōe ĩcipiente a uocali: ut prohibeo: prophe ta uō græcū eſt. προφητης Propheta:

Sicuti σοφιστὰ:ſophiſta.

Diphthongus quidē ſemp:ut dictum eſt ſyllabam producit:niſi cum uocalis ſequitur.

Regula primam ſyllabam docet hoc modo Omne præteritum biſyllabum producit primam:ut emi.præter pauca:bibi:fidi:ſcidi:ſteti:tuli:dedi. Et quæ uocalem habent ante alteram uocalem:vt nui:fui.In omnibus aliis quanta fuerit in præſenti tanta erit in præterito: Vt amo amaui.Excipiūtur genui & poſui: quæ primam corripiunt contra poſitionem ſuam.Pes etiam in nominatiuo ꝓducitur:cum in obliquis correpta uidea tur.Idem fieri etiam ſine inflexione no taui:ut leuis tempus cum ſignificatione mutauit.Nam ſi nitidus ſignificat producitur: Vt Virgilius.Ille īter ueſtes & læuia pectora lapſus.Tum læuis ocreas electro.Alioqn uŏ corripit.Neq; enī leue nom̄ amatæ.& par læuibus uōtis.quaſ diligēt attēdēdus ē uſus poetar.Necnō & geminata preterita primā corripiunt

ut momordi:peperi:fefelli. Pari rõe õe ſupinum biſſyllabũ producit primã: Vt motum. Præter.itũ quitum:titum:ſcitũ ſatũ:rutũ ratum:litum:cum ſuis compoſitis.

Exemplũ hoc eſt ſpectata Poetarꝝ auctoritas ualet ad monſtrandã quãtitatẽ ſyllabarꝝ omĩũ primæ:ut uirum. Arma Virũq; cano:ui breuis eſt:Media: Vt lauiniæ. Illo quæratur coniũx Lauinia campo.ui eſt longa. Vltĩe:ut daphni. Daphni tuum pœnos etiã ingemuiſſe leones ni breuis eſt. Proderit igitur plurimum probatorꝝ poetarꝝ uerſus tenuiſſe. Nam quia regulis oĩa cõplecti nõ poſſunt:ſupereſt:ut ad exempla curramus:q̃ apud poetas per lectionez facile deprehendemus. Et hæc de primis ſyllabis dicta ſufficiant.

DE MEDIIS SYLLABIS.

Væ uero ſyllaba in medio conſtiterit iſdem ferme comprehendetur modis poſitõe: ut capillus. diphthõgo: ut ptolomeus. Exẽplo:ut ſupra dixiũs:

Vocali ante alteram uocalem: vt Iulius
curia. Et ferme ſemper in latinis dictõ
nibus breuiatur. uocalis ante alteraz uo
calem. in mediis quoq; breuiatur . Præt
q̃ in gtĩs terminantibus in ius: ut unius
ullius: ubi modo longa. i. mõ breuis ĩue
nitur. Alius tam̃ ſemp producitur. Alte
rius uero ſemp breuiatur. Gtĩ quoq; &
dtĩ quintæ declinatõis. e. purã ante. i. p
ducunt: ut ſpes ſpei: canities canitiei: di
es diei. unũ etiam apud Statiũ inuenies
. i. ante us produxiſſe licius: Vt templa
liciæ dabis. Nam apud græcos aliquãdo
fit hoc: ut lidius: ſperchius: arius. Ei qui
dem diphtongũ græcã ante us uel. a. ul
um mõ in. i. modo in. e. longam couerti
mus. In. i. vt: αργεια λάμπεια ρικομη
δεία argia: lãpia: nicomedia: ĩ. e. ut δηι
οπεία καλλιοπεία deiopeia: calliopeia
μηδεία πλατεία: m̃dea platea & hmõi
poſſeſſiuis: ut ἀχιλλεῖος: ἀλφεῖος:
achilleus: alpheus. Nam quod Virgili-
us tiphœa. e. correptam protulit . Qui
tela: Tiphoea temnis. Doricum eſt. Illi

enim de ei diphthongo .i. abiiciunt &. e
ſola breuis remanet tıphœa.

Regula mediam deprehendimus ſyllabã
& præcipue ın deriuatiuis ſiue penultĩa
ſit illa: ſiue antepenultima. Nã in primi
tiuis accentu facile cognoſcit correpto:
ut dominus: Producto: ut caminus.

Idcirco debemus conſiderare etiã ĩ deri
uatiuis q̃admodũ naturalit proferr: Vt
Victorinus. cto ſi neſcis q̃ta ſit agno-
ſces in genitĩo primitiui. qm̃ lõga ẽ. Ap
te enĩ ꝓducitur: ut Victoris.

Deinde etiam ĩflexiones conſiderare de-
bemus: ut tellus: ſi neſcis quãta ſit ĩ ntõ
agnoſces in genitiuo: quia longa ẽ. Rur
ſus ſibilorũ: ſi neſcis quanta ſit: bi ĩ plu-
rali: agnoſces in ſingulari. Quia breuis
eſt. ſibilus enim facit. Sic relegerunt. le
ne dubites quanta ſit ſingularis pronũ
tiatõ ſignificat relegit.

DE PENVLTIMIS SYLLABIS.

Enultimam igit in Derinatiuis:
hoc modo deprehendimus.

Ante la producitur. e. ut cautela: ſuadela.

Ante.na.similiter:ut cantilena:leena.ex
cipitur aduena:conuena: quæ penulti-
mam corripiunt a uerbis suis:sicut pro
fuga.asecla.Collega tam̃ producitur a
lego.Notant etiam quæ a gigno deriua
tur: Vt indigena:& alienigena. I.quoq;
producitur ante na:ut officina:tonstri
na.Excipitur mutina:pagina: fuscina:
trutina:sarcina.Sed hæc magis primiti
ua sũt.Sucina uero est plurale.

Ante ra producitur.u.vt censura:prætu-
ra.Naz satura primitiuũ ẽ. Purpura uŏ
a græco uenit πορφυρα.

Ante le ꝓducit.i.ut monile. sedile.

Ante go penultima semꝑ producitur:ut
Carthago:uirago:caligo:erugo. Exci-
pitur unũ bisyllabũ ligo.

Ante do similiter:ut dulcedo:libido:for-
titudo:irudo.

Ante ar ꝓducit:ut lacunar:lupanä nisi sit
uocalis ante alterã uocalẽ:ut laquear.

Ante nas:ut rauenas:Arpinas.

Ante ris uel re:ut militaris:uel militare.
Iuuenalis.& Pegma & pueros inde ad

uelaria rāptos.

A nte tis quoq; ut ſamnitis: & tiburtis Ve ſtratis: quorū nominatiui nō in uſu ſūt Excipiuntur ceretis: ſiue ceritis: in quo nō modo ꝓducitur: ut Qui ceretæ do- mo qui ſunt minoris in aruis: ſed etiam cōripitur. vt Eſt īgens gelidū lucus pro pe ceritis amnem.

A nte nus producitur. a. vt romanus: tro- ianus. Nam dardanus primitiuum eſt. E. ut terrenus. I. ut iugurtinus. Excipiť diutinus: craſtinus: ornotinus: ſerotinꝰ priſtinus: medieſtinus: oleaginus: fagi- nus. Et fraxinus qđ primitiuū eſt.

A nte rus producitur. o. Vt decorus: So- norus.

A nte ſus quoque: Vt ſaxoſus: mœticulo- ſus a mœtu.

A nte tum producitur. e. vt oliuetum myr tetum. Excipiť temetū.

A nte tas penſtīa corripiť: vt bonitas inte gritas: niſi ſit poſitō: ut libertas.

A nte dus quoque: Vt herbidus: fioridus: candidus. Pandus uero pandidus facere

debuit.

Ante lus ul' la uel lum in diminutiuis breuiatur: vt urceolus: unciola: luceolum.

Ante al ſeruaſ penl'tia primitiui ꝓducta: ut ceruix ceruical: tribunal correpta: ut aīus animal.

Ante mem a prima & quartæ coniugatione producitur: vt obletamen mynimeꝫ A ſecunda uero & tertia corripitur: Vt regimem monimem: niſi in uo deſinat uerbum: tunc producitur: ut flumen: lumen: numen: Sed in compoſitis a cano ſẽper corripitur: Vt tubicen: & fidicen. Excipitur tibicen quod ſolum penultimam produxit ꝑ ſynereſim duaꝝ uocaliū. Nā tibiicen debuit eſſe.

Ante lis in denominatiuis producitur: ut Martialis: fidelis: herilis. Excipitur æq̃lis: parilis: quod a paro deduci uidetur. Nam in Verbalibus ſemper corripitur ut fertilis: utilis Sterilis quoque & ſtrigilis penultimam corripuit.

Ante tus in uerbalibus ſeruatur penultima participiorum: vt ornatus: territus:

In aliis uero producitur .a.vt Togatus .I.ut auitus. V.ut cornutus.ueritus autem primitiuus magis est. At de penultimis qdem sat.

DE ANTEPENVLTIMIS SYLLABIS.

Ntepenultima uero ita dignoscitur.Ante bilis pducit.a. Vt tractabilis.

A nte bundus:ut errabūdus.
A nte bulum:ut cōciliabulum.
Ante cūdus:ut iracundus.
A nte ceus:ut ordeaceus:siue cius Vt gallinacius.
A nte culum:ut miraculum.
A nte mentum:ut ornamentum.
A nte rius uel rium:ut sagittarius:armarium:salarium. Excipiūtur quæ a numerorum nominibus deriuantur: ut denarius.
A nte cula in diminutiuis producitur.E. ut vulpecula diecula.
A nte mentum:ut incrementum.
A nte facio uero breuiatur:ut calefacio.

Ante bilis corripitur.i.ut ſenſibilis.
Ante bundus:ut ludibundus.
Ante cundus unum rubicundus alterni-
tatis cauſa.Nam rubicundus debuit ēē.
Ante bulum:ut turribulum.
Ante cies:ut canicies. Virgilius:Canities
inculta iacet ſtant lumine flammæ
Ante cius:vt tribunicius
Ante cia:ut pudicitia.
Ante culus cula ul' culum in diminutiuis
ut igniculus:anicula:reticulum. Nota-
tur cuticula quod ſolum in hac forma
diminutiuorum antepenultimam pro-
duxit Iuuenalis. Combibit æſtiuum cō
tracta cuticula ſolem . Nam periculum
ſeruat penultimam ſui uerbi producta3
perior periris. Vnde experior experiris
periculum.
Ante lius quoque penultimam ſeruat ſui
primitiui correptam:vt uirgulta Virgi
lius.Productā:ut ſeruilis ſeruilius.
Similiter ante mentum modo corripitur
ſi breuis fuerit penultima primitiui: Vt
monui monitus:monumentum modo

producitur: ſi e contrario longa ſit: Vt munio munitus munimentum. Incre-mentum quoque eadem ratione antepe nultimam produxit: ut magnū Iouis in crementum. In iunctura uero compoſi tōis ſemper breuis ē: vt uerſificor: belli potens: quadriiuges.

Ante nius modo producitur. o. modo bre uiatur ſecūdum penultimam primitiui productam: Vt Iuno iunonis: Iunoni-us. Calidon calidonis calidonius corre-ptā: Vt hemō hemonis: hemonius: ſtri mon ſtrimonis ſtrimonius: Inueniunt tñ pœtæ ī eiuſmodi añpenultimā latent produxiſſe Virgilius. Obſtupuit prīo aſpectu ſidonia dido: Sidonia profer-tur producta: Quæ alibi corripitur. Vt ſidoniaſque oſtentat opes: & ſidonio eſt inuectus equo: Sed hoc metri neceſſita te fieri uidetur. In eiuſmodi nominib3 ſi vltima producitur antepenultima cō repta proferatur: Alit in heroico uerſu ſtare non poteſt.

Ante rius uel rium ſimiliter producitur

.o.ut uxorius.prætorius prætorium.u.
uero antepenultima in omnibus a luen
do compoſitis corripitur:ut dilluuium:
illuuies:proluuies.ſic ēt īgluuies.

In um præterea deſinentia deriuatorum
ſiue etiam compoſitorum:præter ſupra
dictas formas diuerſæ ſunt aliæ:vt palla
dium:remedium:præſidium concubiū
conubium:ſolatium : ſuauium:officiuȝ
iudicium:conſilium:exilium: conciliuȝ
augurium:municipium:conuiuium:re
migium:faſtigium:ueſtigiū: Quorum
antepenultima a primitiuis dignoſcit:
vt a palladis palladium.a mederis reme
dium.a præſidis præſidium antepenulti
ma correpta.Rurſus a nubit connubiū
a neſtis ueſtigium:a faſtidis faſtidiū:&
faſtigium antepenultima dignoſcitur.
Nam quod Virgilius ait.Connubio iū-
gam ſtabili propriamque dicabo:Siſto-
lem fecit.Alibi ſecundum artem produ
cit.Cuique leges loci dedimus cōnubia
noſtra reppulit.

DE MEDIIS DIXIMVS QVAE

NOBIS MEMORIAE OCCVR-
RERVNT: SIQVA PRAETE-
REA SVNT (MVLTA ETIAM
NON NEGAVERIM) IN EIS IV
VARE POTERVNT NOS EXẽ
PLA POETARVM. NEQ VE
ENIM TAM BREVIBVS SPA-
CIIS IMMENSA VERBORVM
COPIA COMPREHENDI PO-
TVIT. QVARE DE VLTIMIS
iã dicere pergemus.

DE VLTIMIS SYLLABIS.

Inita caſualia per rectos & accuſati
uos caſus corripiuntur : ut ſyllaba
muſa illo. per ablatiuos uero producun
tur: ut a Sylla a muſa: ab illa. Per uocati
uos quoque ſi a græcis uenerint: as pro-
ductaꝫ terminãtibus: ut Aeneas o ænea
Soſias o ſoſia. Illud quoque ſciendum ẽ
quod licet omnis uocatiuus in. a. deſi-
nens corripiatur etiam ſi ſit apud græ-
cos productus: ut Syria: Phrigia: In pau

cis tamen græcis inueniuntur Pœtæ ser
uasse morem græcum. Statius. Non te-
gea non ipse deo uacat alite fœlix ·Cy-
lene.& alibi: Te plangeret argos. Tene
mea tibi lerna comas lariſſaue ſupplex
poneret:

Numeralia uero in ginta finalem habẽt
indifferentem: Vt triginta· Verba pro-
ducũtur:ut ara; memora:& monoſylla
ba:ut da.

Aduerbia quoque producuntur: Vt ultra
præter ita:puta:& quia coniunctio quæ
tamẽ fit aduerbiũ . Virgilius heu qa nã
tãti cinxerũt æthera nimbi.

E terminata monoſyllaba producuntur:
ut me:te:ſe. Excipiuntur que:ue:ne ꝑ
an & ſyllabica adiectõ pte & ſuapte quæ
breuiantur. Polliſyllaba uero cõripiunt
Vt cubile & Preneſte:niſi ſint a græcis
tranſformata:ut ελερη Hælene κυρι-
ρη:Cyrene. Tunc uertitur.η.in.e.lon
gam.

Vocatiuus quoque a græcis tranſforma-
tus in es uel in.e.longam deſinentibus

similiter producuntur:ut αγχισηη Anchiſe:θηλειδηη Pellide:πολυξερηη Pollixene.

Ablatiui etiam quītæ declinationis:ut die cum ſuis compoſitis: Vt pridie. Tertiæ quoque unus:vt fame. In græcis inuenitur.e.producta finire ablatiuus tam primæ q̄ tertiæ declinationis.primæ:vt Lucanus. Signaque ab eufrate cū Craſſo capta ſequentes. Terciæ ſimiliter Vt demoſthene:Sed datiuus magis græcus p ablatiuo poſitus eſt latino:vt ευφρατηι: Eufrate: δημοσθέρηι: Demoſthene:ei diphthongo ī:e:lōga uerſa.

In uerbis etiam imperatiui modi ſecundæ coniugationis numeri ſingularis producitur.e.vt mone:ſede uale:niſi ſeq̄ns dictio a uocali incipiat. Tunc enim corripitur aliquando ſyllaba longa. Virgilius. Et longum formoſe uale uale inqt Iolla. Hoc enī in communibus ſyllabis admonebimus.

In aduerbiis rurſus producunt quæ a datiuis tranſfigurantur . vt a docto docte

fero fere:pulchro pulchre: Exceptis be
ne & male q̄ breuiantur.

I finita producitur:vt ſcripſi. Exceptis ni
ſi & quaſi & datiuis & uocatiuis græcis
quoꝝ nominatiuus in is correptam de
ſinit:ut daphnis daphnidi daphni:ama
rillis amarilidi amarili:quæ breuiantur
Nam ſi ab alio ſint nominatiuo non eti
am in.i.vocatiuum mittunt: ſed datiuū
tantummodo:vt archas archadi. Pallas
palladi. Si uŏ ſynereſis fiat uel diphthō
gus apud græcos: tunc in i uertitur lon
gam apud latinos:vt ορφεί Orphei. Vir
gilius. Orphei caliopeia lino formoſus
Apollo· Notantur etiam mihi:tibi:ſibi:
& ubi ibi q̄ ī differēt ponūt.

O termīata monoſyllaba producūtur: Vt
do:ſto. polliſyllaba indifferenter ponū-
tur:vt lego. Excipiuntur græca in.o.p-
ductam deſinētia:vt μάρτω manto:δι
δω dido σαπφω Sapho. Datiui quoque
& ablatiui in.o.terminantes: vt populo
lectō illo qui producuntur: Gerundia
uero indifferenter ponuntur: vt legēdo

Aduerbia quoque modo producũtur ut tanto ſubito: modo breuiantur: Vt cito ſero.

V finita producuntur: vt gelu: cornu tonitru.

L littera terminata corripiuntur: latina ac barbara: vt ſal: animal: mel: pugil: tanaquil & exul. Excipiuntur duo latina vt ſol & nil: & barbara in el: vt daniel & michael.

N littera finita latina & græca producunt vt pean: titan: lien & ren. De græcis excipiuntur accuſatiui terminantes in in vt capin: parin: procrin. & in on neutra vt illion pellion. Et accuſatiui tam maſculinorum q̃ fœmininorum atque cõmunium in os correptam deſinentium vt Menelaos Menelaon: epodos epodõ hiacintos hiacinton: eutrapelos eutrapelon. De latinis vero excipiuntur corripientia penultimam creſcentis genitiui: vt nomen nominis. Præterea an fõſan, fõſitã ĩ & tan cũ ſuis cõpoĩtis & eiꝰ mõi dictões: q̃ ꝑ apoſtrophen ꝑferunt

ut uiden:ſatin:egon:pro uideſne ſatiſ-
ne:egone.

R.littera terminata corripiũtur latina &
græca:ut Cæſar:nectar. De græcis exci
piuntur in er deſinentia:vt αἰθηρ æther
κρατηρ crater αηρ aer.η.enin ut dixiũs
ſemp in.e.longam uertiť.De latinis uŏ
excipiunť monoſyllaba: ut lar:far: Par
cum ſuis compoſitis uer:cur:& fur.

A s ſyllaba finita producunť latina & græ
ca:ut ciuitas ciuitatis.pallas pallãtis.De
græcis excipiunť mittentia genitiuum
in dis:vt archas archadis:pallas palladis
Accuſatiui plurales nominuȝ per os fŏ
mantium genitiuum breuiantur:vt phi
lis philidos philidas:tros troos troas.

E s ſyllaba finita producuntur tam græ-
ca q̃ latina:vt chremes chremetis:uĕres
uerris:hæres hæredis.De græcis excipi
untur nominatiui plurales: ut illiades:
garamantes.De latinis uero corripien-
tia penultimam genitiui creſcentis: Vt
Hebes hebetis: Teres teretis: Abies abi
etis:tamen ceres & pes cuȝ ſuis cõpoĩtis

producuntur.

I s syllaba terminata corripiuntur græca & latina: vt Paris: collis: De græcis pariter & latinis excipiuntur producentia penultimā crescētis genitiui: vt delphis uel delphin delphinis: telchis telchī telchinis. Aris arinis: soteris soterinis: propria samnis samnitis. Rursus excipiūt de latinis accusatiui & datiui cum ablatiuis: vt dominis: omnis. Et uerba secūdæ personæ quartæ coniugationis: Vt munis: & unum anomalum: vt uelis cū suis cōpositis: ut nolis & mauis: Monosyllaba etiam producuntur: vt dis vis cū suis compoītis: ut quis. Notāt is mis tis quis bis: q̄ breuiantur.

O s syllaba finita producuntur græca atq; latina: ut Heros herois: nepos nepotis. De græcis excipiuntur neutra in os desinentia: ut αργος argos: κητος cetos: & masculina quæ per ου formant genitiuum: ut typos ου τυπος μόρος ου. De latinis autem unum os ossis. Notantur apud quosdam cōpos & impos.

V s ſyllaba finita latina tantum coripiũt
ut lepus leporis:digitus digiti:Excipiũt
monoſyllaba: Vt Sus ſuis:Mus muris:
thus thuris.Denique omnia producen
tia penultimam creſcentis genitiui pro
ducuntur: Vt virtus virtutis:tellus tel-
luris.Notatur palus quæ etiam corripiť
apd' Oratium.Regis opus ſteriliſq; diu
palus aptaq; remis. Genitiui quoq; quar
tæ declinationis:nominatiui:accuſatiui
uocatiui plurales eiuſdez declinationis
ꝓducũtur :vt huius manus o manꝛ:hæ
manus:has manus.Græca ſilr ꝓducũť
vt melampus:panthus.
C.littera terminata producuntur:vt Sic:
alec.Excipiuntur lac:donec:nec : q̃uæ
breuiantur.Nam hic hæc hoc indiffe-
renter ponuntur:q̃uis corripi magis de
bere . Priſcianus quodãmodo oſtendit
dicens:hocce uocali ablata per ſinalim
pham manentibus duabus .cc.ſolere ꝓ
duci. Virgilius.Hocce erat alma parens
Nã ſi manentibus duabus.cc. ꝓduciť.igiť
una remota corripiť.

D.uero &.t.lr̄as terminata corripiuntur: ut aliud: caput: nisi diphthongo terminetur: ut haud: & aut: uel positione: Vt leguut. Vel syncopa: ut fumat pro fumauit:

QVEMADMODVM BREVES SYLLABAE AVT LONGAE SEV Primæ: seu mediæ: seu postremæ fuerint deprehēdāt breui pscripsimus. Nūc qđ superest de communibus deinceps dicemus.

DE COMMVNIBVS SYLLABIS.

Ommunes syllabæ mōis fiūt octo

Primus modus est si correptā uocalem duæ consonantes sequntur: quarum prior muta est: & sequens liquida. Et quidem est in hoc lōga. Vasto cyclopas in antro. Breuis in hoc. Vastoque a rupe cyclopas.

Secundus modus est cum correpta uocālis in unam desinit consonantem sequēte. h. quæ nota aspirationis est. Longa ē enim in hoc terga fatigamus hasta. breuis ī hoc quisqs honos tumuli.

Tertius modus est cum correptam uoca
lem duæ consonantes sequntur:quarũ
prior:s.littera est.Est enĩ lõga ĩ hoc:vn
de spissa coma.breuis ĩ hoc.ponite spes
sibi quisq; suas.

Quartus modus est cum correpta uocalis
partem terminat orationis quæ in una3
desinit consonantem.Est enim longa ĩ
hoc.Nam tibi timbre caput euandrius
abstulit ensis.Breuis in hoc.hic per ca-
put o ciues . Hoc tamen Pentimemeri
& eptimemeri datur:ut si pars oratõnis
in breuem desinat produci possit . Est
aũt pentimemeris post duos pedes & se
mis:ut in superiori exemplo. Nam tibi
timbre caput euandrius abstulit ensis.
Eptimemeris ãt fit post tres pedes & se
mis.ut cũ muros arcẽq; ꝑcul & rara do
mos.Nã etiam si in nullam desinat cõ
sonãtem.Pentimemeris uel eptimeme-
ris uidetur exemplo probari posse: Vt
dona dehinc auro grauia sectoq; elephã
to:sed sciendũ est qd' breuis syllaba põt
ꝑ lõga poni:vt tunicaq; induitur artus.

ecõuerſo longa pro breui: ut obſtupui: ſtetterunq; comæ.

Quintus modus eſt cum diphthongum uocalis ſequitur. Eſt enim longa in hoc muſæ aonides: breuis ĩ hoc ĩſulæ ionio in magno.

Sextus modus eſt cũ nudã uocalem uocalis ſequitur Eſt enĩ longa in hoc. o. ego ĩfœlix: breuis ĩ hoc ſub Ilio alto.

Septimus modus eſt cum pronom̃. c. litte ra terminatũ uocalis ſtatim ſequiť. Eſt enĩ longa in hoc. Hoc erat alma parens Breuis in hoc. Solus hic inflexit ſenſus ſed hic ꝑ duabus cõſonãtibus poniť. C. ut dixi: vñ ēt apd' antiquos ita ſcribebať hocce erat.

Octauus modus eſt: cum breuem uocalẽ ſequitur. z. Eſt enim in hoc longa. Mezenti ducit exuuias. Breuis in hoc. Ne moroſa zacintos:

FINIS.

M.CCCC : LXXIIII :DIE . XIIII.
MENSIS IANVARII.
PATAVII.

H ám 10.024

Item hor vm videt^{z} si plat^{z} vltra offert^{z} a multitudine
vidē ende^{z} plo dunze vi. q no. dapp. in^{o} ecclia
et vbi gsultor dt vi^{z} m^{o} q remanet dunze cu dt^{z}
ich duas in medio ut^{t} arbitro q^{z} si dt vidē^{z}
zew mihil debeo remitt^{z} ipm absolue z si dt
vi^{z} zew te debitore mo^{z} relē^{z} ipm gofessate
ut ml quidm dt si arbiter ff dazbi. groz. r
pfeā dapp. Ysen. ex. ad primu^{m} Ysen. ro
apud z r lig dum. f. 2 i dor $\frac{1}{4}$ ma. amu.
vidē^{z} dem c m vo rōmg ut^{t} i de delict^{o}
pu. r i dm q z c pastorali Ysen. ex. nuq
ich m vo vo dubitamg Ysen. ex. firmit

Videt^{z}
remg
vo dubitam

Mod⁹ proseqūdi grauam⁹

exper

136

4059 (a.2.2)